

multis. Theſaurus, d. *quæſt.* 99. n. 29. ubi tenet, quod hæres demonstratur ſigno, & nutu, ſi ab inteſtato ſuccederet, ut ſi filius teſtatoris fuiſſet. Ratio huius eſt, quia voluntas teſtatoris inter liberos quomodocumque probata iure civili ſuſtinebatur, l. *ſin. C. familia erciſcunda*, in quo cum teſtamento ſeu diſpoſitione ad pias cauſas cõveniebat, & ita quæ admodum teſtamentum ad pias cauſas nutu factum valet, debet etiam teſtamentum favore filij hæredis factum nutu ſuſtineri: iure enim communi teſtamentum inter liberos nutu factum ſuſtinetur. Ioannes Crotus in l. 1. §. *ſi quis in 1. lect. nu. 2. ff. de verb. obligat.* Mantica, d. tit. 4. n. 9. Peralta in *Rubric. de legatis 2. n. 14.* Cornelius *conf. 324. nu. 25. vol. 1. Barbacia cõf. 43. col. 13. verſ. 13.* quidquid contrarium dixerint quã plures relati à Caſtill. ubi *ſup. n. 22*

14 Quod ſi obijciatur ex d. l. *Tauri* eamdem ſolemnitatẽ in teſtamento inter liberos requiri, quæ requiritur in alijs, facile reſpõdetur, quod hodie ad teſtamenti valorẽ inſtitutio hæredis non eſt neceſſaria, d. l. 1. tit. 4. lib. 5. *Re. copil.* unde etiam ſi corrueret in-

ſtitutio, teſtamentum ſuſtineretur, & in hæreditate ſuccedet proximus, qui ſuccellurus erat ab inteſtato; & per conſequens in utroque caſu filius ſemper in parentis bona ſuccedet, vel ex teſtamento vel ab inteſtato: atſi in eo quod valet teſtamentum teſtatoris, & publicus vertitur favor, expedit enim Reipublicæ ultima hominum iudicia exitum habere, l. 2. ff. *de teſtamentis*, quare teſtamentum illud non ſuſtinebitur, cum ſummi iudicij factum præſumatur ex eo ſolum, quod filium inſtituerit, etiam ſi antea pater amens fuiſſet. Beronius *conf. 56. lib. 2. Plotus conf. 168. num. 12.* Joſephus Ludovicus *decif. Peruſina 1. num. 11.* Tiracuellus in l. 11. *Connub. num. 6.* Conanus *lib. 9. comment. cap. 8. num. 1.* quandoque enim in ſani teſtamenti probatum eſt, quia in eo filius eſſet inſtitutus hæres, ut ſcribit Valerius Maximus *lib. 7. memorabilium 2. cap. 8. num. 1.* de quo *infra cap. 21. num. 93.*

16 Tertio limitatur communis opinio, ut non procedat, quando teſtator prius aperte dixit, quod volebat talem hæredem inſtituere;

tunc

tunc enim valet inſtitutio etiam nutu facta. Ita Ioannes Andreas in *addit. Speculat. in tit. de teſtament. §. in primis in addit. quæ incipit quidam Pileus in ſin. Parisius conf. 3. num. 38. vol. 5. Surdus conf. 378. num. 19.* Matienzus *dict. glosſa 16. num. 12.* Mantica *lib. 4. tit. 4. num. 10.* Caſtillio *dict. cap. 27. num. 29.* Theſaurus d. *quæſt.* 99. num. 27. & 28. Et idem quando prius dictatum fuit teſtamentum à teſtatore. Farinacius *decif. 139. num. 2.* Caſtillio *num. 30.* quia in his caſibus ſatis manifeſta eſt voluntas teſtantis, & ceſſat ratio timoris ne falſitas committatur in teſtamenti. Et proinde ſtandum eſt voluntati; ut enim dixit Baldus in l. *penult. C. de neceſſar. ſervi hæred. inſtituend.* debemus ſequi voluntatem teſtatoris, ſicut venator ſequitur leporem, & ſicut ducens navim inhæret temoni. Loſſredus, *conf. 43. num. 5.* Rolandus à Valle *conf. 53. num. 50. vol. 2.*

17 Quarto limitatur in eo, qui penitus non amiſſit loquelam, ſed loqui poteſt tarde balbutiendo, & minus articulate, probatur, ex l. *quonia indignum*, ibi: *Vel in quocumque loquendi genere.* Et ibi: *Nec ne-*

ceſſaria ſunt momenta verborum, quæ forte ſeminetis, & balbutiens lingua profundit, C. *de teſtamentis, l. discretis verſ. ultimo, C. qui teſtam. facer. poſſ. l. Pamphilo, §. proſtitum, ff. de legatis 3. l. Seya, §. ſin. ff. de Donat. cauſ. mort. cap. Rainutius de teſtamentis, cap. nos quidem eo tit. l. 6. tit. 3. part. 6. ibi: *Que eſta mengua aviniera por agravamiento de la enfermedad, poſt Baldum, & alios repetentes in dictis legibus* Guilielmus Benediclus in d. *cap. Rainutius verbo in extremis num. 27.* Covarrubias in d. *cap. cum tibi num. 4.* Antonius Gomez in d. l. 3. n. 110. Matienzus ubi *ſupra num. 2.* Pichardus in §. *ſed hæc quidem inſtit. de teſtamentis n. 13.* Iulius Clarus §. *teſtamentum quæſt. 37. n. 6.* Flores de Mena *variar. q. 1. num. 48.* Graſus §. *inſtitutio quæſt. 18. num. 7.* Menochius *conf. 45. num. 38. vol. 1.* Mantica *lib. 2. tit. 6. num. 2.* Pater Molina *tract. 2. diſp. 127. verſ. illud.* Petrus Pechius *de teſtament. coniug. lib. 1. cap. 17. nu. 6.* Marta de *ſucceſſ. legal. tom. 2. part. 4. quæſt. 1. artic. 3. num. 1.* Caſtillio ubi *ſupra n. 3. & 4.* Gamma *decif. 46. num. 6.**

18 Quinto limitatur, quando inſtitutio facta fuerit partim ad nutum, & per verbum

bum

- bum sic, quia magis enixa est voluntas quando non solum nutu testator demonstrat heredem, sed etiam voce dicit testator sic. Farinac. *conf.* 97. n. 27. Cephalus *conf.* 546. n. 18. & 71. Sfort. Oddus *conf.* 76. n. 8. Castillo nu. 31.
- 19 Sexto limitatur in institutione facta ad nutum accedente clausula codicillari, nam vigore predictæ clausulæ cum suppleatur solemnitas, si constat de voluntate sustineri debet. Bart. Alberic. Bald. Angel. & Iason *in d. l. iubemus, C. de testamentis.* Ioan. Dilectus *de arte testandi*, quæ refert, & sequitur Castillo *d. c.* 27. n. 28. Ioann. Cephal. *d. c.* 546. n. 55. Menoch. *d. c.* 45. n. 14. li. 1. Farinac. *conf.* 97. n. 5.
- 20 Septimo limitatur in terris Ecclesiæ, vbi de æquitate canonica testamentum nutu factum sustinetur. Abbas *in d. c. cum tibi de testament. & in c. relatum eodem*, vbi Butrius, Albericus *in d. l. iubemus in fin.* Magdal. *de num. test. p. 1. c.* 16. n. 108. & 109. Addit. ad Magon. *decis.* 32. lit. D. Thesaur. *d. q.* 99. n. 30. Castill. *vbi sup.* n. 28.
- 21 Octavo limitatur in legatis, & fideicommissis, quæ nutu relinqui possunt, *l. nutu, ff. de legat. 3. l. labeo in fine, ff. de*

*supellect. legat. l. in Epistola 22. C. de fideicommissis. Gloss. in d. l. iubemus verbo voce.* Antonius Gom. *in d. l. 3. n. 111.* Castillo n. 32. & 41. Thesaurus nu. 24. quia ex coniecturis inducuntur, *l. cum proponebatur 66. ff. de legatis 1.* Et in eis non verba sed mens coniecturata attenditur. Laurent. de Pinu *conf.* 7. n. 3. & *conf.* 12. n. 1. quod institutione non tenet, verba etenim necessaria sunt, *d. l. iubemus, C. de testam. l. 1. tit. 1. p. 6.* Testator enim qui neque scribere neque articulare loqui potest mortuo similis est, & falsitas in elogijs committitur.

23 Ampliatur autem dicta limitatio, vt procedat non solum in fideicommissis particularibus, sed etiam in vniuersalibus, nam vniuersalia quoque fideicommissa nutu relinqui possunt. Sic ex pluribus tenet Menes. Padilla *in d. l. in Epistola n. 5. & 6. C. de fideicommissis.* vbi videndus est, Castill. *d. c.* 27. n. 41. Et quod magis est, quod institutio facta ad nutum obliquatur in vim fideicommissi, vt censeantur venientes ab intestato rogati restituere hereditatem nominato in huiusmodi testamento, tenuit Baldus

- 24 *in d. l. in Epistola scol. 2. n. 4.* vbi querit, quid si fuerit quis interrogatus an velit bona sua relinquere vxori, & nutu respondit, quod sic: & ad dubium respondit, quod licet non valeat testamentum quo ad heredis institutionem, valebit in vim fideicommissi ab intestato, vt actus valeat, & non pereat. Iason *in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. oblig. col. 3.* vbi Bald. Novellus id tenent, Barbat. *conf.* 43. col. 6. lib. 3. Simon de Præc. *de interpret. vltim. vol. lib. 2. solut. 1. à n. 29. cū seqq.* Thesaur. *d. quest.* 99. n. 15. Anton. Gom. *in l. 3. Tauri nu. 114.* vbi argumento textus *in l. quoties, C. famul. erciscundæ* id probat. Et id maxime erit, quando instituta est persona dilecta, Bertran. *cōf.* 212. n. 15. li. 1. p. 2. Bertrachin. *in verb. testam sub n. 30.* Cephal. *cōf.* 546. n. 55. quæ an vera sint, & admitti possint, 27
- 25 Cum his autem limitationibus intellecta, & exornata predicta communi opinione non obstat ratio tradita pro-

contraria; quia licet verum sit, nutu significari voluntatem, hoc tamen procedit dubie, & non certe; at voluntas vt valeat, & sustineatur testamentum debet esse clara, & certa, ne fraus de facili possit excogitari, & ita debet explicari verbis expressis testatoris, iuxta formam a lege designatam, quæ vocem, & verba requirit, nec obstat, quod traditur *in l. quoties, §. si quis nomen ff. de hered. instit. nā* debet intelligi, cum testator certo signo heredem demonstrat, quod penè nihil à nomine distet, vt si dixerit cognomen heredis, quod multum fuerit notum, verba autem testatoris non excluduntur in predicto textu, imò specialiter requiruntur, quia signum debet esse tale, vt à nomine penè non distet.

26 Ex quibus omnibus hucusque traditis clarè constat, quod si per nutus voluntas testatoris explicata sit, & manifesta, in casu impedimenti ratione perfectionis voluntatis sustinebitur testamentum imperfectum quo ad solemnitatē, cū hæc suppleatur propter impedimentum si voluntas perfecta sit ex nostra leg. *si quis cum testamentum 25. ff. de testamentis.*